



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. De Insulis Venetæ ditionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

olim Ægina.	cilior exscensio est. Ab illâ arce, seu castro ligneo dicitur in Odœporiis Græcis Xilocastro.
SDILLE, olim Delos, & Rhenia.	Nihil hîc præter antiquum nomen celebre; videtur hodie gemina ob Rheniam ei coniunctam, & vtraque uno nomine <i>Sdille</i> dicitur; quamquam pars quæ olim Rhenia erat, Fermene vocari ab indigenis perhibeatur. Ibi multa vestigia magnificientiæ, & antiquitatis.
NICIA, olim Naxos.	Cum vrbe & portu cognomine: vini & frumenti feciſſima est. Archiepiscopi sedes est. Olim habuit Duces suos nobiles Venetos quibus crepta est tempore Selimi.
PARIO, olim Paros.	Vrbs eius Episcopalis <i>Parthia</i> , & duo oppidula <i>Kephalos</i> , & <i>Augusta Agosta</i> . 50. passuum millia patet, & vestigia ostendit templi pulcherrimi. Adiacet ei ab Occidente Antiparos <i>Antipario</i> .
A N- D R I A, olim Andros.	Vrbem habet Insulæ cognominem cum portu qui iam oblimatus est; vrbi incumbit castrum in rupe fixum: in eâ plurimi Latini degunt, qui suum etiam habent Episcopum. Eius Insulæ Casei laudantur, ob eximia pascua. Ambitus eius est 100. mille passuum.
ZIA, seu Z E A, olim Ceos, seu	Vrbs eius <i>Iulida</i> , olim <i>Iulis</i> : patet ad 50. passuum millia: de eius fonte dicemus in <i>Admirandis</i> .

§ 2. *De Insulis Nouæ Græciae in mari Ionio, seu Siculo.*

N V M. I. *De Insulis Venetæ ditionis.*

COR-	CORCYRA: <i>Corfou</i> , seu <i>Corfu</i> , vrbs munitissima pænè totius Europæ, duabus arcibus firmata in scopulis, ad quas armatus miles nullo modo, inermis ægrè potest adrepere. Vrbs etiam firmata propugnaculis, in istmo collocata, & <i>Tripolis</i> .
FOV, seu	S. Maria di <i>Cassopo</i> , <i>Cassope</i> olim, vbi Basilica illustris B. Virginis sacra, quam <i>Ænobarbus</i> Archipirata incen-

P p iij

COR-
FV,
olim

Coryra.

dit, Veneti piè repararunt cum monasterio Græco-
rum Monachorum. Locus iam munitus est, piratarum
metu.

Castrum S. Angeli: *Castel santi Angelo.*

Paiopoli: Palæopolis, olym Ptychium.

ZAN-
TE,
olim

*Zacyn-
thos.*

ZACYNTHOS: *Zante*, Insulæ cognominis vrbs per ampla
& munita, cum portu eximio quem *S. Nicolai* vocant,
cui adnexum suburbium ingens, atque vrbi propè
par, quod alluit Fl. *Camurra*. Vna hæc vrbs murata in
tota Insula, indigenarum Asylum, dum in eam piratæ
irrumpunt.

C E-
PHA-

LO-

GNA,

olim
*Cepha-
lonia.*

CEPHALONIA: *Cephaloyna*, ampla ciuitas in monte sita,
& admodum populosa; loco parum riguo, sed salu-
berrimo.

Asso, portus, aliter *Nasso*, cum arce in Peninsulâ ad na-
rium tutelam excitatâ: inde vallis nomen accepit
Val d' Assa; olim ut puto *Asteria*.

Argostoli, portus amplissimus, & capacissimus, & ma-
ximæ classis capax, non procul à Cephaloniâ.

Portus *Guiscardi*, *porto Guiscardo*, in Boream Insulæ sta-
tio.

RVDE- { Petiliæ: *Petilia destrutta.*

R A { Dulichiæ: *Dulichio rounatto.*

PAXV, & ANTIPAXV, { Pargensibus Epirotis concessæ, à Ve-
olim *duæ Paxi*, seu *Paxe*. netis, vt in iis armenta sua nutritant;
hinc enim lætissima pascua; pen-
dēntque à Corcyro Prætore.

N V M. 2. *Insule in Ionio ditionis Turcice.*

SAPIEN-
ZA,
nobis la
Sapience,
olim *Spha-
gia.*

STRI-

Duobus millibus à continente disiuncta cum portu
non incommodo, sed tota penè deserta est, quia
patet assiduis piratarum excursionibus.

Ab eâ non procul *Prodero* verius scopulus quam In-
sula, olim *Prote*, in quâ incredibilis Aprorum mul-
titudo.

Insulæ duæ, quarum maior, seu *Orientalis* ad 4. millia